

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov. 1662</u>	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév. 1662</u>	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPELIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai 1656</u>	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre 1660</u>	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan. 1662</u>	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept. 1667</u>	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin 1669</u>	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et II 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr. 1663</u>	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août 1660</u>	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août 1671</u>	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr. 1669</u>	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov. 1669</u>	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août 1664</u>	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct. 1655</u>	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc. 1665</u>	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv. 1670</u>	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr. 1662</u>	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév. 1662</u>	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr. 1661</u>	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc. 1664</u>	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





EX LOGICIS.

I. **P**RIMA origo Philosophiæ celestis fuit: ea siquidem Adamo infusa est; hinc transfusa Posteris; at eorum incuria breui confusa & extincta: itavt ipsius jacturam etiamnum fortè doleremus, ni prisci Heroës è densissimis ignorantia tenebris quibus ferè sepulta jacebat, excitante admiratione, fauenteque experientia in lumen reuocassent.

II. **E**XISTIT ergo veluti rediuiua Philosophia, itavt nihilominus pristini splendoris multum amiserit. Rectè diuiditur in Speculatiuam & Practicam: huic illa tantum præstat, quantum domina vernula. Speculatiuæ Philosophiæ tres apud Aristotelem species: Practica verò tota Moralis vnus ambitu continetur.

III. **L**OGICA est ars merè organica; non tamen scientiis perfectioribus acquirendis omnino necessaria. Huius materia, conceptus: forma seu finis, relictudo Logica: vnde constanter instrumenta sciendi, quibus elaborandis tota incumbit, regulas tradendo partim, & partim exequendo: cui tamen officio duplici sufficit vnus habitus.

IV. **V**NIVERSALIA Peripateticis naturæ cōmunes, vnā mentis abstractione vniuersales. Porphyria naviuersalium diuissio commoda est & aequata. Genus est extrā conceptū differentiarum suarū. Differentia cuiuslibet speciei simplex. Species infima non potest euadere genus. Proprium quatto modo quartū vniuersale cōstituit. Accidēs separabile est vel inseparabile.

V. **C**ATEGORIARVM finis ordinatio rerum simplicium, quas Logica tentat, non speculatur. Vna est categoriæ si speculatiuæ agas; decuplex, si situdeas praxi. Categorica substantiæ Deum capit, Cælum, & Angelos. Relationis esse est ad aliud: non est quid realiter distinctum à fundamento, nisi apud modorum Amasios: ad absolutum terminatur non ad relatiuum.

VI. **E**DVABVS propositionibus singularibus contradictoriis de futuro contingenti altera determinatè vera est, altera determinatè falsa. Syllogismorum figura tres omnino: quare Galenus curet seipsum. Demonstratio parit scientiam: hæc stare potest cum opinione & fide; sciētia iuxta magnitudinis non est simplex habitus. Methodus est quarta mentis Operatio.

EX ETHICIS.

I. **M**ORVM disciplinam immeritò sustulit Plato, quam qui tollit, prudentiam tollit. Huius obiectū, actiones humanæ quatenus efformandæ ad honestatem: finis beatitudo. Ethica rectè diuiditur in generalem & particularem: hæc in Monasticam, Oeconomicā, & Politicā. Politica ceteris præstat. Iuuenis nec eget Morali, nec idoneus est valde ipsius auditor.

II. **B**ONVM ab antiquis describitur quod omnia appetunt; non definitur. Honestum est, incundum, vel vile: hoc ab honesto in Moralibus indiuisum. Nemo intendens in malum operatur. Finis omnis bonus, non omne bonum finis. Omne agens propter finem agit: rationis, particeps formaliter, quo nomine distat à belluis & inanimatis, quibus ratio finis ignota est.

III. **F**OELICITATIS obiectum frustra querunt Politici in honoribus: libinosi in voluptate: sordidi in opibus; cum extrā Deum nulli sit. Quare ipsi quoque Platonici errantur, si suas extrā Deum ideas coluere. Beatitudo formalis contemplatione stat & amore supremi Entis. Naturæ donis, nec non fortunæ muneribus exornatur: quis enim in calamitatibus beatus?

EX ETHICIS.

IV. **T**RES sunt in homine facultates morales, intellectus, voluntas, appetitus. Intellectus dirigit, voluntas imperat, appetitus obsequitur. Intellectus apprehensio complexa sufficit ad mouendam voluntatem. Voluntas imperium in aliquas facultates herile est; ciuile in alias. Appetitus inferioris obsequium non est sine rebellionē. Facultas motrix obsequenter est.

V. **V**OLUNTARIVM est quod sit à principio intrinseco cognoscere singula in quibus est actio. Quæ sunt ex ignorantia antecedente, inuoluntaria sunt: quæ ex cōsequente, voluntaria: quæ ex cōmittante, non voluntaria. Quæ verò ex metu sunt, voluntaria sunt & inuoluntaria; sed magis voluntaria. Vis non potest inferri voluntati quoad actus elicitos: quoad imperatos, potest.

VI. **N**ULLA pestis exitiorum vitæ ciuili & humanæ quam gens inimica libertatis; quando libertate sublatā, sit libera peccandi potestas etiam impune. Hallucinatur qui libertatem arbitrij deseribunt immunitatem à coactione: pugnat quippe cum arbitrij libertate non coactio tantum, sed etiam necessitas, ea nimirum quæ antecedens est.

VII. **A**CTIO humana est quæ sit ex consilio & libertate. Huius bonitas in integritate posita est, vt malitia in defectu. Nulla est in indiuiduo non bona vel mala. Passio est motus appetitus sensitui ex voluptate vel dolore oriundus circa bonum vel malum sensile. Passiones insigniores & quasi principes duodecim. Nec bonæ sunt per se, nec malæ.

VIII. **H**ABITVS producantur ab actibus homogeneis: aremissioribus forsitan intenduntur: labefactantur cōtrariis: veterino corumpuntur. Virtutes Morales duobus obidentur vitiis, si paucas excipias cum Iustitia. Detorqueri non possunt ad prauos vsus. In voluntate sedent. Statum heroicū non nisi connexæ adornant.

IX. **P**ROVDENTIA lucem reliquis præfert. Gulam & venterem coarctat temperantia. Fortitudo emicat in arduis & terribilibus: in repentinis illustrius quam in præstis: ferendo magis quam feriendo. Monomachiam horret & autophaniam. Iustitia reddit vnicuique quod suum est: Legalis vna virtus, vt hepterus vnus sydus. Talio non semper iusta.

X. **A**MICITIA pondus habet maximum in vitæ ciuili: est enim non virtus quidem, sed cum virtute coniuncta. Non intercedit nisi inter probos; sique perfectæ sit, non inter plures quam inter duos. Amari nobilior quam amare. Occumbere pro amico, suaue. Voluptas non est de genere malorum.

XI. **S**OCIETAS duplex præsertim, familia & ciuitas: hæc perfectior, illa imperfectior. Vtraque suas habet perfectiones, quas nec vnus communis esse, nec aquales. Apertum quidam à natura adseruitutem. Sequitur legalis non omnino iniusta est. Non ferenda mulierum communitas; non polygamia. Fectus mutili educandi.

XII. **I**NSTITVTIO inueniuntur pertinet etiam ad Principes. Publica longe potior est. Inter ciuilia regimina Monarchia præcellit. Rex felicius nascitur populis quam eligitur. A bono Principe regi, quam à bona lege optari. Lex non obligat firmiter sine acceptatione populorum. Iudex in omni causā iudicet secundum allegata & probata.

EX METAPHYSICIS.

I. **M**ETAPHYSICA inter scientias princeps ac domina, Ens ab omni materia contagio liberum suspicit. Principia vsurpat communissima inter quæ primum hæctenus locum obtinet: Impossibile est, &c. Vnicuique potentia suus respondet actus. Potentia obediens agnoscenda in creatis, complenda vel vberiori concursu, vel adiectā qualitate.

II. **P**OTENTIA obediens creaturæ cuiuslibet non potest eleuari ad effectum quemlibet vt causa princeps. Essentia & existentia realiter non differunt. Essentia communes ab æterno, nugæ. Primum & præcipuum indiuiduationis principium in substantiis corporeis, forma: in separatis nihil præter ipsammet. Accidens quoque per se indiuidua.

III. **C**AVSA rectè definitur principium influens esse in aliud: per actuale influxum constituitur actus causa. Subordinatio causarum essentialis est vel accidentalis: cum essentiali non constat progressus in infinitum. Quadruplex causæ genus Peripateticis: exemplar non incommode reuocat ad opificem. Causalitas mutua in eodem genere impossibilis.

IV. **C**AVSA est nobilior & prior effectu suo. Vna & eadem causa potest esse contrariorum effectuum. A duabus causis totalibus efficientibus eundem numero effectum prodire lex naturæ vetat sola. Finis est vera causa; non purè tamen Physica: huius causalitas est motio metaphorica efficit. Mouet finis secundum esse reale; non tamen sine intentionali.

V. **O**PIFICIS causalitas est actio, quam à termino caue distinguas. Non vni Deo vis agendi conuenit, sed & rebus creatis fuit concessa, substantiis præsertim, quibus famulatur accidentium supellex. Vt agendi virtutem, acceperunt creaturæ à Deo: sic eam non exercent absque concursu Dei immediato: inutilis tamen videtur præmotio Physica.

VI. **C**AVSA secunda primam determinat quoad speciem & exercitium; determinatur à primā quoad indiuiduum. Causa per accidens duplex, casus & fortuna: vtraque in ijs quæ alicuius gratia sunt, nec semper contingunt, nec vt plurimum; sed raro: casus quidem in ijs quæ sunt citrà electionem; fortuna in ijs quæ cum electione.

VII. **C**ONCEPTVS Entis vnus est & præcisus; formalis quidem tum re, tum ratione; obiectiuus ratione. Ens vel reale est vel scitum, seu rationis; Huius faber assiduus, homo; insolens, Angelus; impotens propriè Deus. Ens rationis vel doctrinale est, vel non doctrinale. Entis proprietates reciproca triplex vnitas, veritas & bonitas.

VIII. **E**NS reale substantia est vel accidens. Substantia non est modus realiter distinctus à substantia. Existere Angelos ratio suadet, non persuadet. Non est illis vnus agentis intellectus: rerum quippe vniuersalium species infusus habent ab ortu; singularium verò, identidem recipiunt: libera hominum cogitata non penetrant ante directionem.

IX. **E**XISTERE Deum clarè demonstrat ratio: quid verò ipse sit valde obscurum est: commodius tamen adumbratur ens à se. Vnus est Deus, isque simplex, immutabilis, infinitus, æternus, immēsus, omnidēmi genere perfectionum cumulatilissimus. Prouidentia Dei solus negat Impius, eamque adēdō non euerit proborū & improborū fors, vt aiunt, iniqua, vt asserat.

EX PHYSICIS.

I. **P**HYISICA est scientia in Corpore naturali occupata; cuius principia non melius quis assignauit, quam Aristoteles: tria nempe ad ipsius generis requiruntur, materia, forma, & priuatio; duo ad compositionem materia & forma; quæ sine omni glutine modalis conjunctæ essentiam Totius naturalis indiuisibili ratione complent.

II. **M**ATERIA prima est vel secunda. Prima est primum subiectum ex quo inexistente &c. Non est pura potentia Metaphysica; sed proprio nomine existit. Materiam formis omnibus vacuum natura non patitur. Quantitas illi cœua est. Formæ substantialis etiam materialis existentiam suadens saltem.

III. **F**ORMÆ materiales educuntur à materia; in qua non actus; sed potestate tantum continentur. Natura est principium motus &c. Absurdus qui naturam demonstrare satagit. Natura duplex materia & forma. Ars simia naturæ, opera eius æmulari potest, assequi non potest, nisi applicando actui passiuus: quæ applicatio vt sit iusta, plurimum à fortuna pendet.

IV. **Q**UANTITAS à natura substantiali distinguitur: illius essentia posita videtur in extensione interna. Constat partibus in infinitum diuisibilibus atomo nulla copulatis aut finitis. Infinita Categorice nulla est: esse posse vix demonstrabis. Locus est superficies &c. Immobiles loci ratio ab extremis mundi partibus æstimanda.

V. **V**NVM corpus in pluribus locis constitui nō potest, præter naturæ ordinē. Vacuum ipsi Deo impossibile est. Si daretur, quid nō ciceretur in eo motus? Motus est actus entis &c. fieri potest in instanti: quidquid mouetur ab alio mouetur. Grauiā & leuiā tum à propria forma, tum à generante: proiecta à projectore & à medio.

VI. **T**EMPVS est numerus motus &c. sed potius in mensura passiuus consistit. Mundus est compages à cœlo &c. nō fuit ab æterno; imo nec esse potuit nisi forte quoad entis permanentia. Vnus est mundus & perfectus, nec vsquam sponte deterendus. Cælum & elementa sunt præcipuæ eius partes, mixta minores præcipuæ.

VII. **C**OELVM est corpus simplex, materia tamen &c. forma constans: Eius materia non est ab similis Elementari; forma verò quinquæ eujusdam essentia. Vnum sufficit, modò fluidum. Sydera mouentur ab Intelligentijs: agunt in sublimitaria non per lucem tantum; sed per influxum etiam occultos: humanam libertatem agendo in corpus exercent, non perimunt.

VIII. **A**PTISSIMVS est quatuor elementorum numerus. Eisdem sunt primæ qualitates, binæ in singulis elementis, vna quidem intensior, altera remissior. Terra præ sua grauitate subsidet reliquis: eminet ignis Lunæ vicinus præ leuitate. Singula vix credimus nisi proprijs in locis. Promiscuè commutantur in se inuicem; symbola tamen facilius.

IX. **M**IXTA sunt ex elementis alteratis. Elementa insunt mixtis etiam perfectis secundum proprias formas. Mixtio ad pauciora pertinet quam generatio. Generatio non est absque corruptione. Corruptio materiā non relinquit purissimam. Generationi & corruptioni præuia est alteratio. Anima est actus primus &c. Vna est in vno viuentē.

Hæc Theses, Deo duce, Tueri conabitur CAROLVS PAVROT, Rothomagensis, Die Mercurij xxviii. Julij, Ann. Dom. M. DC. LX. A primā ad vesperam.

Arbiter erit IOANNES GERBAIS Licentiatum Theologus, Socius Sorbonicus, & Philosophia Professor.

IN SORBONÆ - PLESSÆO.